

**Viro Clarissimo & experientissimo, Dn. M. Johanni Helingo, Lunaeburga-Saxoni, Poliatro Suerinensi, Novos Doctoris Medicinae honores, Rostochii, in templo B. Mariae, a spectabili ... D. Jacobo Fabricio, Archiatro ... D. Simone Paulli, Med. Professore ... D. Petro Laurembergio, Poëseos Professore ordinario, Solemniter a. d. 30. Aprilis, anni 1635. collatos, Gratulantur Amici**

Rostochi[i]: Pedanus, 1635

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn727379402>


Druck Freier  Zugang




1635



AH  
27





*Viro Clarissimo & experientissimo,*  
**DN. M. JOHANNI**  
**HELINGO,**

Lunæburgâ - Saxoni, Poliatro  
Suerinensi,

*Novos Doctoris Medicinæ honores,*  
ROSTOCHII,  
*in templo B. Mariæ,*

à spectabili Dn. DECANO,  
**D. JACOBO FABRICIO,**  
Archiatro & Professore  
ordinario,

PROCANCELLARIO,  
**D. SIMONE PAULLI, Med.**  
Professore publico,

*Magnifico Universitatis* **RECTORE,**  
**D. PETRO LAUREMBERGIO,**  
Poëseos Professore ordinario,

*Solemniter a. d. 30. Aprilis, anni 1635.*

*collatos,*  
GRATULANTUR AMICI

---

**ROSTOCHI,**

*Litteris Viduæ JOACHIMI PEDANI, Acad. Typ.*

ANNO M. DC. XXXV.



**C**ongerat ut gazas committit carbasa ventis  
Navita, nec metuit mortis adire vias,  
Per varias mortes, per vulnera, mille pericla,  
Illicitas quærit miles avarus opes.  
Helingi Hippocratis verfas, verfasq; Galeni  
Libros, & studijs præmia digna capis,  
Præmia digna capis Musæos frondis honores,  
Præmia Theſſalicis anteferenda bonis

**JOHANNES QUISTORPIUS**

*D. & Theologica Facultatis apud  
Rostochienſes Senior.*



**NOVIS HONORIBUS**

*Clarissimi & Doctissimi VIRI,*

**DN. M. JOHANNIS HELINGII, &c:**

**Cum ipſi ſummus ex Facultate Medicâ**

**Gradus DOCTORIS tribueretur.**

**H**ELINGI, tandem Doctoris ſcandere culmen

*Eligis, & laudum claros decerpere fructus?*

*Scilicet hos non igne Canis, non diruit Hædus*

*Imbre, nec Arcturus vento, nec frigore Capra.*

*Hic verè fructus dulcis, radicis amara eſt,*

*Inchyta pro studiis quo gaudet turba Sophorum,*

*Tuq; adeò, HELINGI, quo dignus es. Hæc tua laurus,*

*Quam Phæbus confert, Phæbeus & ordo Sororum.*

*Nomen ab interitu ſervantùm. Gloria, Fama,*

*Laus, Honor, atq; Decus Medicinæ debita merces,*

*Merces, quæ nullo dignis non permanet ævo.*

*Macte*

*Maeste animo, HELINGI! virtus sua premia secum  
Ducit ovans, Medicisq; bonis nec defuit unquam.  
Maeste istis curis! veneranda scientia tales  
Spondet Thesauros, quales vix continet Hermus.  
Hinc tibi, venaris quem non (scio) fronte superbâ,  
Jure accrescentem meritò gratamur honorem!*

*Φιλίας ἕνεκα καὶ ὑγιαίνουσιν ἕνεκα*  
F.

**Hadrianus à Mynsicht Comes Pal.**  
Phil. & Med. Doct̃or, P. L. Cæs. &  
Archiater Megapolitanus.

**M. JOHANNI HELINGO,**  
Lunæburgensi Saxoni,  
*Med. D. XXX. Aprilis solemniter Creato.*

**S**unt qui contemnunt, solidos Doctoris honores,  
Sacentur frustra nomina tanta peti.

Quos tu derides Medicâ sat notus ab Arte,  
Arti & conjunctâ dexteritate pari,  
quâ studij titulos extendere jure negares,  
à multis cupidè dona cupita satis.

HELINGE ast nosti, virtus quod fulta triumphis  
sit major, meritis splendeat atque suis.

Rectè ergò, invitis etiam GRADUUM hostibus, ambis  
Nomina DOCTORIS, digna labore tuo:

Sic Romæ addebat laudum Colophona triumphus  
Victori, ut tulerat læta trophæa prius.

Maeste tuâ virtute diu, & te pluribus effer,  
Felicem dextram suppeditante DEO.

**JACOBUS FABRICIUS Collegij**

*Medicæ Decanus.*

A 2


*Alce-*





**A**ltera proceris ramis ut præminet arbor,  
 Altera mirandâ fertilitate suâ:  
 Munere utroq; carens campis in gloria Lappa,  
 Tantum alias herbas præpedit, atq; solum.  
 Sic Natura homines quosdam damnavit ad imam  
 Sortem, qui nullum Marte nec arte juvant.  
 Quosdam divinis, Solem ut fulgore laceffant,  
 Affecit donis corporis, ingenij.  
 In quorum numerum merito referendus haberis,  
 Helinge, ac multis anteferendus eris.  
 Ista probant Docti sollerte indagine, laudes  
 Docturae studiis te meruisse tuis.  
 Egri testantur, qui convalescere, professi  
 Te verè medicas applicuisse manus.  
 Hinc tibi publicitus, qui jam deferitur in actu,  
 Floreat in cunctis orbibus, orbis honor.

SIMON PAULLI D. & Professor  
 Medicinæ Publicus.



Clariss. Præstantiss. ac Doctiss.

Viro,

DN. M. JOHANNI HELINGIO,

summum in Medicâ Facultate gradum me-

renti, assument, Dno Affini, Fautori & amico  
 veteri,

Euge & bene!

**T**Andem ergò, HELINGI noster, tandem al-  
 tius illa

Virtute crescens se Tua effert Gloria:

Evax! Sic vero nunc audis nomine Doctor,  
Putatus ante, dictus ille identidem;  
Relicet haut falsâ. Doctorem quippe Magistro  
Professione se approbanti practicum  
Doctoralẽ equisitulum neget; ecquis honorẽ  
Honore Digno non libens accenseat?  
Tu tamen HELINGI, quos non tulit ipse Apollo  
Solemniter, renuisti honores hactenus.  
Ecce sed eventum! Crocodili Gloria more,  
Sequacibus Fugienti adhæret passibus!  
Nẽpe Comes virtutis honos, ceu corporis um-  
bra est,  
Expõsta si suo illa & illud lumini.  
Per latebras inhonora jacet, quantumlibet usũ  
Et arte virtus magna, magna fanore.  
Ergo, ô HELINGI noster, quem lacte Minerva,  
Sacro & Camœnæ, enutriêrunt nectare,  
Quem Phæbus, Phæbiq; potens Asclepius arte  
Chironis antro eductum, in hortum Hippo-  
cratis,  
Hinc magni in Campos Galeni, Arabisq; Avi-  
cennæ,  
Celsiq; in adyta misitant Bombastij,  
Ocarum mihi JANE, caput, tot, JANE, per  
annos  
Jam note mentem, note mores candidos,  
Præ-

Præmia curarum nunc digna capesse, laboris  
Nunc carpe fructū in Templo Honoris pu-  
blicum.

Profit honos! acclamat ibi vox publica: Profit,  
Acclamo & hinc, Doctori honos HELINGIO!

*E Witteburgo Megap.*

Daniel Drencanus P.L. & N.P.C.

Sch. ib. p. t. Rector.



Clarissimo Viro

M. JOHANNI HELINGIO,  
Medico Suerinensium,


**H**Actenus in medicis sudasti strenuus hortis;  
Nunc decorant frontem laureaserta tuam,  
Felix qui tandem fert præmia tanta laborum,  
Quæ non proscribit temporis ulla seges.

Gratulab.

*adiciebat*

Johannes Kempius, P. L. C. &  
Cantor Suerinensis aulicus.

In




**I**n dem der wilde Mars durch ungestümes toben  
Fast alles jetzt verkehrt / vnd setzet dieses oben/  
Was vormals unten stund; in dem er ganz vnd gar  
Den klugen **Künste Gott** / vnd seiner Schwestern Schar  
Sampt aller Wissenschaft auß Deutschland weg heist ziehen /  
Wer wil umb Bücher dann forthin sich wol bemühen?  
So sagt / wer faul wil seyn. Ihr aber achtet nicht/  
**Ihr wehrter Musen Sohn** / was der vnd jener spricht  
Ohn Brtheil vnd Verstandt. Ein Geist der auffwärts dencket/  
Vnd sich nicht in das Thun der Eytelkeiten schrencket/  
Das nie bestendig ist / Vnd trachtet fort vnd fort  
Nach Tugend vnd nach Kunst / liebt einen solchen Ort/  
Da schöne Bücher sind / der weis ihm selbst zu machen  
Ein Nest der stillen Ruh / darauf er kan verlachen  
Das Vbel seiner Zeit / kan frey vnd sicher seyn /  
Vnd hüllet in sich selbst sich wol vergnüget ein/  
Ob gleich des Glückes Haß / ihn neydisch zu verletzen/  
Vnd Mavors selbst auch auß seiner Ruh zu setzen /  
Sich noch so sehr bemüht / vnd grimmig an ihn wil/  
Doch bleibt er vn bewegt / vnd wie ein Felsen still  
Im fall das stolze Meer mit seiner Wellen Hauffen/  
Die berge messig sind / kompt eylend angelauffen /  
Vnd speyt auß grossen Zorn / den sehr erhitzten Schaum  
Wie mit Gewalt daran / so das man endlich kaum  
Den blossen Obertheil / die Spitze kan ersehen.  
Ihr lasset immerhin diß grimme Thun geschehen /  
Das jetzt im schwange geht / da Deutschland selbst sich frist/  
Sein eigner Todes feind / vnd aller Tugend ist.

Ihr

Ihr denckt / es muß die Kunst sich zwar in etwas bücken /  
 Doch wird man nimmermehr sie gänzlich vnterdrücken /  
 Vnd kriegen Bücher / Freund / hie ihren Lohn schon nicht /  
 So macht der Himmel doch / das dißfalls nichts gebriche /  
 Die Hoffnung ist nicht falsch. Schawt / Euch wil jezund eben  
 Der galdne Cynthius durch seine Diener geben /  
 Was ewre grosse Kunst nur immer wündschen kan /  
**Den grünen Lorbeer Krank.** Er schreibet dort auch an /  
 Da ewer grosses Lob kan jederman beschawen /  
 Das mit der alten Welt sol selbst nicht vergrawen  
 Vnd vntergängig seyn. So lohnt des Himmels Günst  
 Dem / der sich eifrig helt an Tugendt Ehr vnd Kunst.

zu dienstfreundlicher Ehrbezeigung

Nicol - Ernst von Platen.



**F**ecerat Helingus Medicâ vir multus in Arte  
 Artis opus Medica, sed non signatus honore  
 Doctoris, pridem Doctoris nomine dignus.

Non tulit hoc Phæbus casu perculsus iniquo,  
 Ingemit & tales effandit ab ore loquelas:  
 Ars si quem Medicum fecit, Doctoris honore,  
 Gaudeat is Medici, nec sit sine nomine virtus.

Talibus Helingus monitis exarsit, & Artis  
 Capturus titulos, Phæbô ducente, salutat  
 Varniades Musas, ut premia digna refer-


ret.

Et

Et quia jam retulit, titulis ego protinus istis  
Gratulor, & voto gratanti carmina claudo.

Ita novis honoribus honoris ergo  
acclamabat

Stephanus Schultetus,  
Marchic.



**H**ELINGI, qui Pœonij cultissima cœtus  
Portio, Thespiadum lausq; haud postrema foro-  
rum;

En illa expectata dies jam fulsit ab axe,  
Quâ, tua quam virtus dudum, medicasq; per artes  
Extractus labor, & studium, meruere corollam,  
Accipies, & honoratos adscribet Hygejæ  
Inter te mystas, venerabilis ordo medentum.  
O lux concelebranda tibi, celebrandaq; cunctis,  
De meliore luto quæis Phœbus contulit ortum.  
Omnibus hinc liqueat (quamvis contraria multis  
Hoc sit mens seculo, solis ubi gloria Martis  
Deberi pullis censetur) nec sua Musis  
Præmia, Phœbææ nec deesse brabeja palestræ.  
Gratulor hoc decus, ac longum viridante corollâ  
Sis, precor, hac felix, & cœpta Hygieja secundet;  
Detque Deus, tractare modo tibi credita du-  
dum.

B

Ut

Ut medico possis illustra corpora faustè  
Ipsemet illustris medicus, supra æthera notus,

Honoris & fausta acclamationis  
ergo f.

Magnus Völger.



S Edulus herbarum titulos anquiris Helinge,  
Viresq; abstrusas elicis atq; doces:  
Cunctaq; tàm jungis qua sunt medicamina vita,  
Ægros quò possis reddere sat validos.  
Hinc & Suerinum meritò letatur, ovatq;  
Quod valeant cives scilicet arte tua.  
Quas ergò referant isto pro munere grates,  
Et Flora, & Medicæ germina cuncta Schö-  
la?  
Purpureos nectant flores, perq; arva, ministrant,  
Ut sis Helinge tuus pulchra corona comis.  
O factum benè! Sic vivat tua fama per orbem,  
Tempore qua nostro Marte vel arte venit.

Gratulabundus

Petrus Clemens.

Dum

## ALIUD.

**T**Horacem velut æneum, Ægidemve,  
Sclopeti faber experitur ictu.

aut jactu validæ probat bipennis  
nec ulli prius illa firma spondet.:

Sic tu Pieridum polita proles  
raræ Helinge tuæ eruditionis  
quam fervente labore comparasti  
arculam loculosq; multa sæpe,

per certamina diiputationum,  
per multosq; alios modos viasq;  
refertos bene & integros probasti,


Hinc tuis placidus comis Apollo  
serta florea nectit atq; mitram,

PRÆFIXO, beat in superq; nomen,

victi nempe laboris ut Trophæa,  
nec non præmia diligentia sint.

Grator ex penito proinde corde,  
favens, voce vovens, ut hoc honore  
diu Helinge bona arte, parte præstans

bona terq; mihi quaterq; grate  
gaudeas bene prosper atq; sospes  
dextra morti-petente donec annos  
computare queas tuæ senectæ.



**D**ie Zeit Vertreiberin/ Die grüme Pest der Jugend /  
Die Hasserin der Kunst/ vnd Feindin aller Tugend /  
Fraw Venus windet dem/ ein falschen Kranz vnd giebt /  
Der heget ihre Brunst/ vnd ihre Liebe liebt.



Warumb siehe man so viel/ sich Tag vnd Nacht bemühen/  
So toben hin vnd her/ an Venus Joche ziehen?

Ein jeder will ein Held seyn in dem Venus-Krieg/  
bekommen einen Kranz: O schlechter Helden-Sieg!  
Der renn/der brenn/der springt/der singt/der steht/der sehet/  
der weint/der feind/der schenckt/der denckt/der geht/der sehet

Offt tausent tausend mahl vmb einen kahlen Kuß/  
Der ist / wenn mans besicht ihm ein grosser Verdruß.  
Der will sich geben hin/ der will für seine sterben/  
So er nur könt ein quint/ von ihrer Huld erwerben.

Ein Ständgen machet der für seiner Venus Thür/  
Vnd will ihr Diener seyn/ auffwarten für vnd für/  
O grosse Phantasey! beschied diß zu erlangen.

Von Venus einen Kranz / darüber sich erhangen/  
auch Iphis wie bekant/so preiß ich wer sein Sinn  
setzt auff ein bessern Kranz/ lest diesen fahren hin/

Vnd weil vor Venus Gunst/ der Mäsen Kunst geliebet  
Herr Heling ew'r Gemüht / so seh ich wie euch giebet  
Der Künste Säugerin / Kostock berühmt so sehr /  
Dass es Arhen genent kan werden ganz mit Ehr.

Den Kranz der Künste Glanz / der nimmermehr vergehet /  
Dem keiner Winde Nacht/ ein Zweig noch Blum abwehet.  
Nembe hin/ glück zu/ den Gold/ nembe hin der Künste die  
Wann Veneris-Kranz stirbt! so lebe er für vnd für.

Nembe ihn will er euch nembe/ lasse wol bey euch bekleben  
Was Apollo ist gebe/ so werd ihr ewig bleiben  
Wann Venus muß hinweg/ lasse lieben wer da will /  
Wer Kunst vnd Tugendt liebt/ der liebt das beste Ziell.

An-





QUIÆ tibi jamdudum merita ambit laurea fron-  
tem,  
Tardior hæc quamvis attamen ampla datur?  
Tempore neglectus cumulator adstat honoris  
Splendor; differri nec nocuit meritis;  
Nunc tibi Phœbeam contingit carpere laurum,  
Nunc & honorato stat tua fama loco,  
Jam tibi pro meritis offertur adorea doctis,  
Tot vigiles noctes, quod meruere, ferunt;  
Sic virtus præclara petit, sudorq; brabea,  
Sicq; beat sanctas excoluisse Deas.  
Gratulor, oro diu sis hocce beatus honore,  
Atq; pares doctâ pharmaca fausta manu,  
Felix coneris Parcarum extendere fila,  
Restituas vitæ semineces homines.

L. M. Q.

*gratulabundus f.*

Hermannus Tarnovius.

**D**um nunc *HELINGI* es Doctoris nomen adeptus  
Qui medicamorbos pellere callet ope.  
Ex animo letor; Dominum precibusq; fatigo:  
Ut tuus hicce novus sit diuturnus honor.

**JOH. DANIEL Horst.**

**T**ergeminis ceu Roma potens tollebat Honorum  
Signis & titulis spectatum fortibus ausis,  
Atq; triumphali decorabat tempora sero  
Illius, intrepidus qui Martis castra subibat:

Sic Tibi Rhodopolis decernit præmia Honorum,  
Castris non Martis sed Phœbi & Apollinis Arte  
Claro, ceu Virtus poscit Doctrinaq; summa.  
Pervigili curâ nam magna volumina magni  
Galeni, & Coi senis exquisita reperta,  
Et quicquid post hos ceu Graij, sive Latini  
Sive Arabes varios humanæ gentis in usus  
Prompserunt, manibus nocturnis atq; diurnis  
Tractasti curis nil parcens nilq; labori,

Ergo pro curis cape lætus mûnera Honoris,  
Casu qui nullo est, nullus delebilis annis.  
Quod superest *HELINGE* Tibi præconia Honorum,  
Et nomen summum DOCTORIS grator & opto:  
Artibus Omnipotens, nostrisq; animabus ab axe  
Supremo Medicus qui missus, ubiq; labores  
Fortunet, quo sit ægris Panacea suavis,  
Et faciles Parcæ tribuant Tibi Nestoris annos.

συγχαράματα ἐνεκα  
deproperavit

**ULRICUS BERTRAM, Ulsâ-Saxo Philiatæ.**  
Dulcis

**D**ulcis amaror Amor fertur, sed dulcis amaror  
Verè est, qui nectar ducit ad Aonium.  
Perdus & pernox tot mille volumina volvit  
Iste ad res celsas irrequietus amor.

Mellitus somnus, mellicaq; gaudia vitæ  
Ad casses nequeunt hunc revocare suos.  
Uberior verò fructus restringit amarus  
Conarus, quorum demeruisse iuvat.  
Nam quæ pulchra, sita quæ nos dulcedine captos  
Ducunt, immenso nulla labore carent.  
Sic stimulis aditus ad læta rosaria vepres  
Difficiles reddunt; & remorantur iter.  
Iste, Helinge, ardor mentem tetigisse videtur,  
Nam clara mentis dexteritate nites.  
Educcavit onus messis fecunda secuta:  
Nec pigeat libris atteruisse manus.  
Doctoris titulo gaude, qui dignus, ab omni  
Quotridie ut dignè suspiciâre magis.


Honoris & gratul.


ergò scripsit


Fridericus Möllerus Custrino

Marchicus.













Decorative initial letters and flourishes in black ink, likely part of a title or section header.

**A** NnVa zoDiaCI fInItVr Linea, traCtV  
prIstIna SoL CresCens signa fVa IntraT, Io!  
Altius ascendit gelida dum Phœbus ab Arcto  
Vernalesq; facit longius ire dies,  
En HELINGE, novo, tibi jam Christo auspice in an-  
altius offertur nomen, honosq; simul. (no  
Jam tibi Rostochiæ Charites hic nomina magni  
Doctoris tradent parta labore gravi:  
Grator ego: tibi non grator; sed grator honori  
te naçto, tantâ dexteritate virum.  
Accino plaudenti tibi pectore & apprecor ultro,  
cum tuus immensum crevit in augmen honos.  
Det Deus hic titulus felicem præbeat usum,  
Usum det patriæ, profit & ipse tibi.

Ita ἐκ τῆς καρδίας  
συχχαρισσώνης  
ἐνεκέν ἐγχεδία σου το  
Excellentia tue  
Osservantissimus

M. Augustinus Mauritij.

B 3

Quæ

